

## Deux nouveaux sermons de saint Césaire d'Arles

Le manuscrit 240 de la Faculté de Médecine de Montpellier est un homiliaire du ix<sup>e</sup> siècle qui a appartenu au président Bouhier et qui provient de l'église Saint-Paul de Besançon<sup>1</sup>. Il couvre l'ensemble de l'année liturgique et a été composé essentiellement à partir de la collection d'Alain de Farfa<sup>2</sup>, complétée à l'aide de onze autres pièces. Parmi celles-ci on compte trois sermons de saint Césaire, connus en partie par ailleurs, mais ici sous une forme nouvelle. Un pareil fait ne saurait surprendre : on sait que saint Césaire a très souvent remanié ses sermons et en a donné des éditions diverses.

Le second de ces sermons (f. 46<sup>v</sup>-48<sup>v</sup>) est composé à l'aide de deux sermons déjà édités : S. 200, § 1 + S. 130, § 2-5, soit les numéros 31 et 30 de la *Collectio germanica*. Mais le premier et le troisième, s'ils reprennent l'un et l'autre un sermon connu auparavant, nous transmettent de longs passages inédits.

M : MONTPELLIER, *Faculté de Médecine*, cod. 240, f. 42<sup>v</sup>-45<sup>r</sup> et 51<sup>v</sup>-52<sup>v</sup>.

---

1. Cette identification de provenance, assez inespérée, a été possible grâce à une note du Père Chifflet découverte par le R.P. de Vrégille qui a en l'amabilité de m'en transmettre la copie.

2. Le cod. 853 de Troyes, qui contient la partie d'été de l'homiliaire d'Alain, a probablement été utilisé, car lui aussi provient de Saint-Paul de Besançon, ainsi que permet de le deviner la note du P. Chifflet indiquée ci-dessus.

1. (f. 43<sup>a</sup>) Rogo vos, F. K., ut dies istos ... // ... unde potuimus habere remedium (Césaire, S. 196, p. 750, l. 3-11).

2. Et ideo, fratres karissimi, ad vigilias maturius surgite. Si enim negociatores solent multum vigilare propter pecuniam, si artifices, fabri, <sutores> et reliqui artifices maturius vigilant ut sibi cum grandi labore provideant victum, quare Christianus non vigilet ut orando et psallendo acquirat indulgentiam peccatorum ?

Ad tertiam ... // ... eos miseros (*Ibid.*, l. 13-22). Sed forte dicit aliquis : « Ergo non erimus solliciti de domibus nostris ». (f. 43<sup>v</sup>). Ante omnia esto sollicitus. Sed sic te occupa in domo tua ... // ... labore consueveras (*Ibid.*, l. 22-25).

3. Licet tantum intersit inter carnem et animam quantum inter aurum et plumbum, tamen non usquequaque disperandus est qui vel aequaliter dividit spatia temporum animae vel carnis suae. Luxuria vero, voluptas et rapina, cupiditas vel saeculi huius vanitas, didicimus et frequenter experti sumus quam sint fragilia, caduca, quam fugitiva et velut ventus aut umbra praetereuntia, quibus post breve gaudium succedit sine fine supplicium. Quid enim in mundo manet quando mundus non permanet, sicut scriptum est : *Et mundus transiit et concupiscentia eius* ?

4. Quid autem perseverat homo in homine nisi quod quisquis... // ... in sublime conscendas (*Ibid.*, p. 751, l. 3 - p. 752, l. 8).

5. (f. 44<sup>r</sup>) Ante omnia rogo vos, fratres karissimi, ut ad exemplum beati Habrahae, de quo nobis lectio recitata est, egrediamur de terra nostra et de cognatione nostra. Sic enim ad eum ait Dominus : *Egredere de terra tua et de cognatione tua et veni in terra quam monstravero tibi*. Quae est enim terra de qua exire iubemur nisi caro nostra ? Bene enim <de> terra sua egreditur qui carnales concupiscentias contempnens bonis operibus dilectatur. Bene de terra sua egreditur qui cupiditatem (f. 44<sup>v</sup>) spernit et misericordiam diligit, luxuriam fugit, amplectit castitatem. Bene de terra sua egreditur qui carnales voluptates velut venenum diaboli respuit et lectioni vel orationi frequenter insistit. Bene de terra sua egreditur qui maliciam deserit ut teneat caritatem, superbiam spernit ut sectetur humilitatem. Quid est ergo de terra sua egredi, nisi omnia carnalia vicia vel peccata relinquere ?

6. *Et veni*, inquit Dominus, *in terram quam monstravero tibi*. Ergo si terram nostram relinquimus, ad terram quam ostendit Dominus veniemus. Quae est ista terra quam dignatur ostendere ? Sine dubio de qua propheta dicebat : *Credo videre bona Domini in terra viventium*. Ergo terra corporis nostri quando multis peccatis vel criminibus famulatur terra morientium esse cognoscitur. Cum vero virtutibus operam dederit, in terra viventium transmigratione felicissima commutatur. Sed hoc, fratres karissimi, non extra nos sed intus in nobis cum Dei gratia possumus exercere si volumus. Si enim secundum quod supra dixi peccata relinquimus et virtutibus operam damus, de terra morientium fideliter

5 sutores] aut forte institores, coniectura emendavi ; subitores M.

10 sic] si M.

13 non] add. eadem manu.

15 rapina] conieci ; rapidas M.

27 de] addidi

28 dilectamur M.

41 transmigrationem M.

44 virtutis M.

45 egressimus et in terram viventium quam Dominus ostendit fideliter  
veniimus.

7. Et ideo qui solebat maledicere benedicat, et qui solebat detrudere  
semper quod bonum est studeat ex ore proferre. Qui solebat iracundiam  
in corde servare patientiam teneat. Qui res alienas solebat invadere  
50 de rebus propriis studeat elemosinas erogare. Qui in negotio fraudem  
solebat facere et per stateras dolosas vel mensuras duplices iniqua lucra  
conquirere, ab omni fraude et ab omni nequitia suum animum per paenitentiam  
vel misericordiam contendat eruere. Ante omnia, fratres, infirmos  
visitate, peregrinos excipite et ipsi pacem cum omnibus habete et quos  
55 discordes agnoscitis ad concordiam revocate, (f. 45<sup>r</sup>) prandia vestra  
esurientibus pauperibus erogate. Conviviola vestra sint semper honesta,  
sobria, temperata. In ipsis conviviis nolite verba ociosa revolvere,  
de quibus in die iudicii reddanda est ratio. Sed magis lectiones quas  
aut in domo relegitis aut in ecclesia auditis recolite et vobis invicem  
60 dicite. Et dum caro vestra terreno reficitur cibo, anima Dei verbo  
pascatur. Haec ergo agite, fratres karissimi, †et Deus dilectionis et pacis  
erit vobiscum. Amen. †

45 in terra M.

48 & 50 studiat M.

50 elemosinis M.

52 nequitiae M.

53-54 infirmus ... peregrinus M.

58 reddenda M.

60 terrenis efficitur M.

61 ergo] *additur supra lin.*

61 Deus] Deo M.

61 et Deus... vobiscum] *non sapit Caesarium.*

1. Ecce, fratres dilectissimi, iam ... // ... cum conscientia secunda  
suscipere (Césaire, S. 201).

2. (f. 52<sup>r</sup>) Etiam et hoc rogo et supplico ut in die passionis dominicae  
nullus se de ecclesiae conventu subducat, nisi forte quem aut corporis  
5 infirmitas aut †fiscalis† necessitas tenuerit occupatum. Et quia non  
qui ceperit sed *qui perseveraverit usque in finem hic salvus erit*, quantum  
possumus cum Dei adiutorio studere debeamus ne forte, si in diem  
passionis dominicae ad ecclesiam fideliter venire neglegimus, quod per  
totam quadragesimam laboravimus aut minuere aut perdere videamur.  
10 Si enim Dominus noster, qui nihil mali merebatur in illo immaculato  
corpore sustinere, pro ineffabili tamen pietate amarissimam (f. 52<sup>v</sup>)  
pro nobis passionem est dignatus excipere, quare nos vel tam longo spatio  
non teneamur in ecclesia quam longo tempore pro nobis ille pependit

4 conventus obducat M 5 fiscalis] *pro grandis aut publica?* (cf. S. 74 § 3, S. 196 § 2, S. 202 § 5).

6 *Math.* 10, 22 et 24, 13.

in poena ? Ille enim in paschali sollempnitate ordine legitimo gaudet  
 15 qui prius in Domini passione doluerit. Implebitur enim in illo quod  
 scriptum est : *Qui seminat in lacrimis, metet in gaudio.*

3. Ante omnia contestor vos, fratres karissimi, ut quicumque vel contra  
 unum hominem iracundiam vel inimiciam tenet, reconciliare vel paci-  
 ficare se absque ulla dilatione festinet, ut corpus vel sanguinem Domini  
 20 secundum terribilem apostoli Pauli sententiam non ad iudicium sed  
 ad remedium animae suae mereatur accipere.

4. Et quia de illa multitudine populi quae die dominico ad missas  
 vel ad vesperam venire consuevit, sicut ipsi videtis, maximam partem  
 nunc absentare et de ecclesia deesse cognoscimus, omnia quaecumque  
 25 suggestimus vicinis et proximis vel omnibus vestris dicite et frequentius  
 illa omnia quae vobis praedicantur insinuate. Ammonite ergo omnes  
 qui nunc absentare esse videntur. Ammonite vicinos, ammonite familias  
 vestras ut castitatem custodiant, ebrietatem velut inferni foveam fugiant,  
 contra nullum hominem odium in corde retineant, hoc tantum in cibum  
 30 quod oportet accipiant, verba turpia ex ore non proferant, nec ex lingua  
 sua sibi per turpilquium vulnera faciant de qua se Deum laudando  
 sanare potuerant, quia non est iustum ut ex ore populi christiani, ubi  
 ingressa est eucharistia Christi, proferantur verba diaboli. Sicut enim  
 ego reus ero si vobis ista non dixerim, ita et vos, si ubicumque fueritis  
 35 oportune et inopportune nolueritis aliis dicere, timere debetis ne Dei  
 offensam pro hac neglegencia possitis incurrere. Sed credimus de Dei  
 misericordia quod omnia quaecumque aut in lectionibus aut in praedi-  
 cationibus fideliter auditis ita omnibus aliis et in conviviis et ubicumque  
 fueritis insinuaturi estis, ut et pro vestra et pro aliorum salute ante  
 40 tribunal Christi aeterna praemia capiatis.

Tous les paragraphes du premier sermon présentent des termes et des  
 expressions typiquement césariennes : § 2 : *maturius, cum grandi labore,*  
*ante omnia* ; § 3 : *frequentier* ; § 5 : *ante omnia, rogo vos, venenum diaboli,*  
*frequentier* ; § 6 : *sine dubio, cum Dei gratia, secundum quod, fideliter* ;  
 § 7 : *et ideo, ex ore proferre, res alienas invadere, stateras dolosas vel mensuras*  
*duplices, ante omnia, discordes ad concordiam revocare, prandia pauperibus*  
*erogare, conviviola, in die iudicii reddere rationem, sed magis, lectiones*  
*relegere, haec ergo.* Il en va de même pour le deuxième sermon : § 2 : *Etiam*  
*et hoc rogo et supplico, et quia, cum Dei adiutorio studere, pro ineffabili*  
*pietate, ordine legitimo, implebitur in illo quod scriptum est* ; § 3 : *ante omnia*  
*contestor, terribilis sententia, non ad iudicium sed ad remedium* ; § 4 : *et*

---

14 poena] penam M.

15 passionem M.

15 enim] *add. supra lin.*

22 ille M.

quae] *qui ante corr.*

24 absentare] *adsentare* M<sup>1a</sup> m., *adsentire* 2<sup>a</sup> m.

28 fugiant] *add. in marg.*

---

16 Ps. 125, 5.

20-21. Cf. I Cor II, 29.

35 Cf. II Tim. 4, 2.

*quia, sicut ipsi videtis, suggestimus, frequentius, insinuate, ammonite, ebrietatem velut inferni foveam fugere, verba turpia ex ore proferre, non est iustum ut, credimus de Dei misericordia quod, fideliter, ante tribunal Christi.*

Les thèmes traités sont eux aussi propres à saint Césaire. Le cas est particulièrement net pour les paragraphes 5 et 6 du premier sermon qui ont leur exact parallèle dans le début du sermon 81. On peut encore noter les rapprochements suivants : 1. 3 : cf. S. 196 § 2 ; 1. 3-7 : cf. S. 72 § 1. 1. 12-14 : cf. S. 74 § 3, S. 224 § 3 ; 1. 26-34 : cf. S. 16 § 2 ; 1. 47-61 : cf. S. 16 § 2, 19 § 2, 60 § 4, 64 § 2, 86 § 5, 188 § 6, 198 § 3 ; 1. 48-50 : cf. S. 13 § 3 ; 1. 53-56 : cf. S. 14 § 2, 188 § 6 ; 1. 58-61 : cf. S. 1 § 17, 7 § 1, 8 § 1-2, 157 § 1, 198 § 5. Seules les deux dernières lignes paraissent inauthentiques. *Haec ergo* se retrouve très souvent au début d'une conclusion chez saint Césaire, mais non la formule *Deus dilectionis et pacis erit vobiscum*.

De nombreux parallèles peuvent aussi être indiqués pour le second sermon : 1. 3-5 : cf. S. 202 § 5, 208 § 3, 209 § 4, 74 § 3, 196 § 2 ; 1. 5-6 : cf. S. 12 § 3, 76 § 1, 156 § 6, 187 § 5, 209 § 3, 233 § 2, 234 § 2 ; 1. 6-9 : cf. S. 202 § 5 ; 1. 17-19 : cf. S. 107 § 4 ; 1. 17-21 : cf. S. 200 § 3, 201 § 3, 202 § 4, 229 § 5 ; 1. 22-40 : cf. S. 6 § 8, 13 § 4, 16 § 2, 33 § 4, 74 § 4, 78 § 5, 134 § 1 ; 1. 31 : cf. S. 6 § 1 ; 1. 32-33 : cf. S. 13 § 4, 33 § 4. Un seul point pourrait faire difficulté à la ligne 23 : dans ses sermons, saint Césaire invite souvent ses fidèles à participer aux vigiles, parfois à tierce, sexte et none, mais jamais aux vêpres. Il faut toutefois noter qu'au début du sermon 136 il indique que le psaume CIII est connu de presque tout le monde parce qu'il est chanté partout *ad duodecimam horam*, ce qui suppose que les chrétiens assistaient à l'office du soir.

Nous avons donc ici deux nouvelles pièces à joindre à l'œuvre oratoire déjà abondante de saint Césaire d'Arles<sup>3</sup>. Le premier sermon correspond au début du Carême et le second au jour de la tradition du symbole, c'est-à-dire au dimanche avant Pâques, ainsi que le prescrivait le concile d'Agde de 506<sup>4</sup>.

Raymond ÉTAIX

Lyon

3. Nous pensons publier prochainement un sermon pascal inédit, mais nous regrettons vivement de ne pouvoir admettre l'authenticité des deux pièces publiées récemment par A. Höfer (*Revue bénédictine*, t. LXXIV, 1964, p. 44-53), car elles utilisent les homélies de saint Grégoire le Grand. Il s'agit probablement de compositions carolingiennes.

4. Cf. Karl BERG, *Die Werke des hl. Caesarius von Arles als liturgiegeschichtliche Quelle*, Rome, 1946, p. 32. Il est fort dommage qu'un chapitre seulement de cet excellent travail ait été jusqu'ici publié.